




Boletín Oficial

DEL

Obispado de Osma



Año LIII. 27 DE FEBRERO DE 1912 Núm. 4.

SUMARIO. Obispado de Osma: Circulares sobre el Cumplimiento pascual y la Santa Bula.—Provisión de Curatos en las segundas propuestas del Concurso.—Liga Nacional de Defensa del Clero: Circular de la Junta organizadora.—Carta de Su Santidad al Emmo. Cardenal Primado.—Sagrada Congregación Consistorial Advertencia acerca de un Sacerdote.—Sagrada Congregación del Concilio: Sobre la Vigilia de Navidad.—Sagrada Congregación de Ritos: Varios decretos.—El Oficio nuevo: Resumen de las rúbricas.—Movimiento del personal: Necrología.

OBISPADO DE OSMA

CIRCULARES

Núm. 17.

Cumplimiento-pascual

Según la costumbre de antiguo establecida en nuestra diócesis, comenzará este año el plazo para el cumplimiento del precepto pascual en el tercer domingo de Cuaresma y terminará el día de Pentecostés, y, a fin de que a nuestros amados diocesanos les sea más fácil llenar esta grave obligación, venimos en disponer lo siguiente:

1.º Los Sres. Curas Párrocos, Ecónomos y demás encargados de iglesias parroquiales señalarán días determinados para el cumplimiento pascual e invitarán a los Sacerdotes de los pueblos inmediatos para que los auxilien en el ministerio del confesonario.

2.º En los pueblos a donde enviamos Padres Misioneros en la Cuaresma, se podrá cumplir con el precepto pascual durante la santa misión, aunque ésta se celebre antes del plazo arriba señalado.

3.º A todos los sacerdotes aprobados para oír confesiones en nuestra diócesis les concedemos licencias para que en el tiempo del cumplimiento pascual puedan absolver de los pecados reservados en el Sínodo, y, en virtud de facultades Apostólicas, para que puedan habilitar *ad petendum*, en los casos de incesto, pronunciando la forma debida, a continuación de la ordinaria del sacramento de la Penitencia.

4.º Durante la semana de Pentecostés enviarán todos los Sres. Curas Párrocos, Ecónomos, Regentes y Coadjutores Regentes, a nuestra Secretaría de Cámara, la relación que previene la sinodal 269, ampliada en la forma y según el modelo que mandaremos publicar en el BOLETÍN diocesano.

Burgo de Osma, 20 de febrero de 1912.

† EL OBISPO

Núm. 18.

La Santa Bula.

Al cumplir el encargo del Emmo. Sr. Cardenal Prímado, Comisario General de Cruzada, sobre la publicación de la Santa Bula, recomendamos a nuestros venerables Párrocos y Ecónomos que explicaran al pueblo los grandes privilegios de esta insigne gracia con que la benignidad de la Sede Apostólica ha distinguido a España. Y hoy, hecha ya la publicación en todos los pueblos de nuestra muy amada diócesis, insistimos en aquella recomendación, esperando que todos los encargados de parroquias pondrán especial empeño en lograr que se distribuya entre sus fieles el mayor número de sufragios.

Nos apena y contrista el aviso que sale cada año en el BOLETÍN de la diócesis advirtiéndolo que no se puede satisfacer a las iglesias un mes de la dotación del culto por haber disminuido las limosnas de Cruzada. Ya es verdaderamente escasa la asignación de cada iglesia; a menudo se ven los párrocos en la necesidad de acudir al Prelado y a los fieles, cuando son indispensables obras de reparación en sus templos; y a esa estrechez se agrega todavía el descuento de un mes cada año. Explíquenselo nuestros venerables cooperadores a sus feligreses. Díganles que todas las cantidades de la Santa Cruzada se emplean en el culto de la diócesis; que los cirios del altar, el aceite de las lámparas, el pan y el vino del sacrificio eucarístico son las limosnas entregadas al tomar la santa Bula, y que los fondos con que atienden los curas a la conservación de sus iglesias provienen en su mayor parte de esas limosnas. Díganles, además, que el producto del indulto cuadragesimal se destina íntegramente a los asilos, hospitales y hospicios y a otras obras de beneficencia.

Sobre todo, expónganles con la mayor claridad posible lo que son las indulgencias que se obtienen por la Bula, cuán grandes beneficios reportan a los vivos y cómo aprovechan a las almas de los fieles difuntos detenidas en las llamas del Purgatorio, y declárenles los demás privilegios relativos a la abstinencia y el ayuno y a la absolución de pecados y censuras.

La Bula es un derecho a riquísimos tesoros espirituales, adquirido con una limosna insignificante para el culto de Dios y para los pobres. Y en muchos casos, también es la piedra de toque en que se contrasta la piedad de los fieles y el celo de los sacerdotes.

Burgo de Osma, 25 de febrero de 1912.

† EL OBISPO

Provisión de Curatos

S. M. el Rey (q. D. g.) se ha dignado prestar su soberana aprobación a las propuestas elevadas por V. I. para la provisión de los Curatos vacantes en esa Diócesis que tan dignamente gobierna, y nombrar a los sacerdotes que ocupan el primer lugar de las ternas, en la forma siguiente:

CURATOS DE ASCENSO

- De Castrillo de la Vega, a D. Mariano Calleja de la Cruz.
- » Covalada, a D. Francisco García Rupérez.
 - » Valdeavellano de Tera, a D. José María Andrés González.

CURATOS DE ENTRADA

- De Cabrejas del Pinar, a D. Félix Carretero Herrero.
- » Oyales, a D. Laureano Lafuente Latorre.
 - » Pedrosa de Duero, a D. Damián Gonzalo Borobio.
 - » Pinilla de los Barruecos, a D. Alfonso Nebreda Núñez.
 - » Quintana Redonda, a D. Eloy Marañón Domingo.
 - » Sotillo del Rincón, a D. Eduardo Marco Pérez.
 - » Valdemaluque, a D. José Soriano Ruiz.
 - » Villaciervos de Arriba, a D. Pablo Rubio García.
 - » Vilviestre del Pinar, a D. Benigno Pascual León.
 - » Aldea de S. Esteban, a D. Luis Delgado Parra.
 - » Aldealpozo, a D. Juan Carramiñana Domínguez.
 - » Arauzo de Salce, a D. Isidro Lorenzo García.
 - » Blacos, a D. Pedro Arnaiz Arranz.
 - » Cantalucia, a D. Cayo Benito Elvira.
 - » Cardejón, a D. Celestino Rodrigo Rincón.
 - » Castil de Tierra, a D. Primo Barrio Ortega.
 - » Doñasantos, a D. Nicolás Carro Huerta.
 - » Fuentecantales, a D. Vicente Núñez Marqués.
 - » Fuentelaldea, a D. Braulio Almazán Jiménez.

- » Herrera, a D. Cayetano Arroyo Adeliño.
- » Hinojosa del Campo, a D. Jenaro Dalda Yagüe.
- » La Hinojosa, a D. Antonio Peñas Gete.
- » Madruédano, a D. Esteban Guijarro Palomero.
- » Mazaterón, a D. Jesús María Arroyo.
- » Olmillos, a D. Tomás de Diego López.
- » Oquillas, a D. Angel Ruiz-Zorrilla Jiménez.
- » Osona, a D. Celestino Alvarez Tajahuerce.
- » Centenera, a D. Marcelino Lenguas Pérez.
- » Valderrodilla, a D. Hipólito Pascual Nafría.
- » Valderrueda, a D. Saturnino del Pino García.
- » Valtueña, a D. José Pinilla López.
- » Villaescusa de Roa, a D. Antonio J. Santos Caramazana.
- » Villaverde, a D. Pedro Sanz Aceña.

CURATOS RURALES

- De Miñana, a D. Fulgencio Ruiz Pastor.
- » Mosarejos, a D. Aurelio Remacha Marina.
 - » La Muela, a D. Francisco Agreda Bernal.
 - » Quintanilla de Nuño Pedro, a D. Eloy López Herrero.
 - » Tardesillas, a D. Mariano Rupérez Miguel.
 - » Buitrago, a D. Ciriaco de Blas del Valle.
 - » Fuensaúco, a D. Feliciano Abad Andaluz.
 - » La Losilla, a D. Baldomero Escolano Ortiz.

De Real orden lo digo a V. I. para su conocimiento y satisfacción de los interesados, a quienes se expedirán por este Ministerio las correspondientes Reales Cédulas.

Dios guarde a V. I. muchos años.

Madrid, 12 de febrero de 1912.

JOSÉ CANALEJAS.

Ilmo. Sr. Obispo de Osma.

~~~~~

Nuestro Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo se ha dignado nombrar también a los señores siguientes para los curatos cuya provisión corresponde a la Mitra:

### CURATO DE TÉRMINO

Para el de Santa Eulalia de Palacios de la Sierra, a D. Casimiro Encabo Rodríguez.

### CURATOS DE ENTRADA

Para el de La Natividad de Nuestra Señora de Fresnillo de las Dueñas, a D. Luis González Arranz.

» el de S. Juan Bautista de Brías y su anejo Nograles, a D. Eustaquio Rubio Recio.

« el de la Asunción de Espeja y anejo San Asenjo, a D. Manuel Caballero García.

» el de Santa María Magdalena de La Olmeda y Enebral, a D. Santiago Rebollar Sanz.

» el de La Visitación de Peñacoba, a D. Julio Aguilera Martínez.

### CURATO RURAL

Para el de San Millán de Bliccos, a D. Julián Morales Gonzalo.

---

## Liga Nacional de defensa del Clero

---

La Junta organizadora de esta diócesis ruega á los Sres. Arciprestes que se sirvan enviarles las listas de socios antes del 10 de marzo próximo, fecha en la cual se cerrará la inscripción de los que han de constar como fundadores.

Ruega además:

1.º Que los Sres. Arciprestes reúnan a los socios de sus arciprestazgos, y de acuerdo con ellos nombren un representante, que bien puede ser un sacerdote de esta villa, para asistir a la elección de Junta diocesana, en el palacio episcopal, el día 20 del expresado mes de marzo a las cinco de la tarde.

2.º Que las Comunidades religiosas, corporaciones eclesiásticas y cualquier otra clase de asociaciones, que se hallen inscriptas en dicha fecha, nombren a una persona que los represente en la expresada elección.

3.º Que los socios que tienen cargo parroquial, manifiesten si están conformes con que se les descuenta en la Habilitación del Clero la cuota mensual correspondiente.

Burgo de Osma, 24 de febrero de 1912.

*Lic. Eduardo Núñez Vázquez.*

---

## **Carta de Su Santidad**

**al Emmo. Sr. Cardenal Primado**

---

**DILECTO FILIO NOSTRO**

**Gregorio Mariae S. R. E. Presb. Card. Aguirre y Garcia,**

**Archiepiscopo Toletano.**

**PIUS PP. X.**

**SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM**

---

Quas, superiore exeunte anno, dedisti ad Nos literas, magnam ex iis accepimus, non una de causa, voluptatem. Omnia enim quae ex animo proferebas, quantum Ecclesiae Hispanaeque genti studeas, aperte ac palam ostendunt.—Utinam omnes, quoque catholicis praesunt Civitatibus, intelligant, ut scribis, nullam

esse sibi populisque suis, spem tranquillitatis pacisque religione posthabita. Meritis profecto laudibus catholicos Hispanos nuper in Consistorio cumulavimus; id iis pergratum exstitisse, bene est: at velimus, excitatis ad tuendam maiorum fidem animis, eosdem summa ope ac contentione eniti ne quid istic ignominiae et calamitatis Ecclesiae inuratur.

Quod vero Nobis Psalterium quotidiano usui meliore digestum ordine gratularis, id pietati tuae sane congruit; ceterum rogemus Deum, ut communi clerus precatone ad sancte sancta munia obeunda vehementius excitetur.

Coelestium interea gratiarum auspiciem paternaeque Nostrae benevolentiae testem, tibi, dilecte fili Noster, et Clero populoque tuo Apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XVI mensis Januarii, MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X

## Sacra Congregatio Consistorialis.

### MONITUM

Sacerdos quidam, nomine Torrente, qui anno praeterito, placita protestantium et spiritistarum amplectens, fidem catholicam magno apparatu abdicavit, ab infestis perniciosisque erroribus inter veteres sodales et fideles pervulgandis minime destitit, quinimo in dies periculosior evadit eo quod artibus dolisque suis sceleratum suum propositum simulare conatur.

Ad haec mala itaque vitanda, maioraque praecavenda, necesse omnino est ut dioecesum Ordinarii, praecipue Hispaniarum et Americae Latinae, in quibus ipse peragrari dicitur, diligenter invigilent et praedictum sacerdotem a quovis sacro ministerio peragendo prohibeant.



S. C. CONCILII

*Dubium circa interpretationem eorum quae Motu proprio «Supremi disciplinae» de diebus festis, die II Julii 1911 edito, statuta sunt.*

S. Congregationi Concilii a nonnullis Hispaniae Episcopis dubium quod sequitur propositum est: «Quum hoc anno verificetur quod vigilia Nativitatis D. N. J. C. coincidat cum Dominica, quae semper manet exclusa lege ieiunii et abstinentiae, nonnulli Moralistae interpretantur dispositiones Motus Proprii *De diebus festis*, retinentes et publicantes in ephemeridibus, quod die 23 Decembris, scilicet, sabbato, vigeat obligatio simplicis ieiunii ratione temporis sacri Adventus non vero obligatio abstinentiae a carnibus uti fieri solebat in vigilia aut antevigilia eiusdem Nativitatis Domini. Quaeritur itaque ut explicite declaretur an praedicta interpretatio sustineri possit».

S. C. Concilii respondendum censuit: *Negative.*

Datum Romae ex Secretaria S. C. Concilii, die 15 Dec. 1911.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

O. GIORGI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM

de novi Psalterii edendi facultate ab Episcopis non concedenda.

Cum nuper nonnulli Rmi. locorum Ordinarii Sacram Rituum Congregationem interrogaverint utrum sibi liceat facultatem concedere Typographis respectivae Dioecesis imprimendi «Psalterium Breviarii Romani cum Ordinario Divini Officii jussu SS. D. N. Pii

PP. X. novo ordine per hebdomadam dispositum et editum» necne; Sacra ipsa Congregatio respondit: «Detur Decretum diei 15 Novembris 1911 in Editione typica Vaticana relatum».

Tenor autem Decreti hic est:

Praesentem Psalterii cum ordinario Divini Officii editionem Vaticanam diligenter revisam et recognitam, ac juxta recentes Rubricarum immutationis, ad normam Constitutionis Apostolicae «*Divino afflatu*» SSmi. D. N. Pii Pp. X, accuratissime dispositam, Sacra Rituum Congregatio typicam declaravit; statuitque ut novae ejusdem Psalterii editiones huic in omnibus sint conformes, et non imprimantur, nisi a Typographis hujus Sacrae Congregationis, servatisque praescriptionibus ab hac Secretaria tradendis».

Quod, non obstante Decreto diei 17 Maii 1911, ita servari mandavit.

Die 15 Januarii 1912.

L. ✠ S.

† Petrus Lafontaine, Episc. Charystien;

S. R. C. Secretarius.

## MONITUM

Sacrae Rituum Congregationi visum est Rmos. locorum Ordinarios certiores facere, eosque orare ut suis subditis notum faciant, nullius roboris esse *rescripta, responsa ad dubia, concessiones, declarationes cuiusque generis, privilegia, commentaria* nomine ipsius S. Congregationis divulgata, nisi, prout de jure, subsignata fuerint exclusive ab Emo. Cardinali ipsi S. Congregationi Praefecto una cum S. ipsius Congregationis Secretario vel ejus Substituto, aut, in casu necessitatis, saltem ab Emo. Praefecto, vel ejus Substituto: Item nil esse commune inter S. Rituum Congregationem et cujuscumque generis ephemerides rem liturgicam pertractantes, cum Sacra ipsa Congregatio, quoties promulgatione opus sit, ea quae statuerit, in Commentario officiali *Acta*

*Apostolicae Sedis* ad tramitem Constitut. Ap. «*Promulgandi pontificias*» inserenda curet.

Ex S. R. C. Secretaria, die 28 Januarii 1912.

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius*.

## DUBIA

Quum festum Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis D. N. I. C. ex Decreto 24 Iulii vertentis anni, amodo celebrandum sit cum octava privilegiata ad instar octavae Epiphaniae, Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione insequentia dubia proposita fuerunt, nimirum:

I. Utrum, adveniente festo Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis D. N. I. C., continuari adhuc debeant octavae inchoatae: et an sua octava gaudeat festum aliquod duplex primae classis intra hanc octavam privilegiatam occurrens?

II. An dies octava praefatae Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis D. N. I. C. excludat duplicia primae classis occurrentia?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, audita Commissionis Liturgicae sententia, reque maturo examine discussa ac perpensa, ita respondendum censuit:

Ad I. Affirmative ad utrumque.

Ad II. Affirmative, excepto festo SS. Apostolorum Petri et Pauli.

Atque ita rescripsit die 17 Novembris 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius*.

Hodiernus compositor Kalendarii Adriensis Dioce-  
seos, haec dubia Sacrae huic Congregationi pro oppor-  
tuna solutione humillime proposuit:

I. Celebrans et ministri, qui in Missa solemnī diei  
festi Annuntiationis B. M. V. nec non SS. Natalis D. N.  
I. C. genuflectunt quando a choro cantantur verba «*Et  
incarnatus est*: etc., genuflectere ne debent etiam quando  
eadem verba simul recitant ad altare?

II. In vigilia Festi alicuius Sancti, cuius nomen  
continetur in Canone Missae, celebrans debetne ca-  
put inclinare quum idem nomen pronuntiat?

III. Festum S. Stephani Pp. M. insignis Collegiatae  
Titularis, in tota Civitate Rhodigii iamdiu celebrari  
solet sub ritu duplici I. classis cum octava. Quaeritur  
utrum in toda eadem civitate Credo in Missa recitari  
possit ac debeat.

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem sub-  
scripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suf-  
fragio, respondendum censuit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative iuxta Rubricas Missalis de Ritu  
celebrandi Misam tit. V. n. 2.

Ad III. Negative et servetur Decretum n. 2189  
*Perusina*, 23 Martii 1709.

Atque ita rescripsit et declaravit die 24 Novembris  
1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius*.

---

ROMANA ET ALIARUM

---

Circa Doxologiam Primae et Praefationem propriam in

occurentia festorum B. M. V. ad instar simplicis redactorum.

Quum ex Constitutione Apostolica «Divino afflatu» SSmi. Dni. Nostri Pii Papae X, diei 1 Novembris 1911, Festum B. M. V. ritus duplicis maioris, aut dies Octava eiusdem Deiparae, si in Dominicam occurrat, amodo simplificari debeant; Sacrae Rituum Congregationi insequentia dubia proposita fuerunt, nimirum:

I. An in praedicto casu conclusiones Hymnorum et versus Responsorii brevis ad Primam esse debeant de ipsa Beata Maria Virgine?

II. Quae Praefatio in casu dicenda sit in Missa?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, re mature perpensa, respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, nisi dicenda sit propria Temporis, exceptis Dominicis Adventus.

Ad II. Praefatio Trinitatis, nisi occurrat Praefatio de Tempore aut alicuius Octavae Domini, juxta Novas Rubricas, tit. X, n. 4.

Atque ita rescripsit die 30 Decembris 1911.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Episcop. Charystien., *Secretarius*.

---

## DECRETUM

### de festis ritus duplicis maioris Octava condecoratis

Quaedam Festa, quamvis perpauca ritus Duplicis Maioris, pro aliqua particulari Ecclesia, transactis temporibus, Octava decorata fuerunt. Quum autem harum Octavarum celebratio novissimis Sanctae Sedis dispositionibus minime congruat, Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii audita, sententia Commissionis Liturgicae, reque accurato exa-

mine perpensa, statuit et decrevit: Festa ritus duplicis maioris Octava gaudere nequeunt; et si quae huiusmodi Octavae iam concessae inveniantur, amodo declarantur suppressae. Atque ita servari praecepit die 30 Decembris 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine Ep. Charystien, *Secretarius*.

## El Oficio Nuevo

Compendium rubricarum in recitatione  
divini Officii servandarum  
ad normam Bullae «Divino afflatu»

### SCHEMA I

#### De officiis suas e Feria partes non accipientibus

In Vigilia Nativitatis Domini a laudibus usque ad Nonam inclusive, in Vigiliis Epiphaniae et Pentecostes, Feria VI post Octavam Ascensionis, in Duplicibus I et II classis, in Festis Domini, Beatae Mariae Virginis, sanctorum Angelorum, Sancti Joannis Baptistae, sancti Joseph ac sanctorum Apostolorum, infra omnes Octavas; si de eis fiat Officium:

|                             |                                                                                                                                                                 |
|-----------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <i>Ad primas Vesperas.</i>  | { Antiphonae Psalmi et reliqua dicuntur ut in Proprio de Tempore aut in Proprio vel Communi Sanctorum indicantur. (Brev.)                                       |
| <i>Ad Completorium...</i>   | { Omnia, ut in Dominica (Nov. Psalt.)                                                                                                                           |
| <i>Ad Matutinum.....</i>    | { Omnia, ut in Proprio de Tempore aut in Proprio vel Communi Sanctorum assignantur. (Brev.)                                                                     |
| <i>Ad Laudes.....</i>       | { Psalmi, tantum, de Dominica, ut in novo Psalterio (adhibito quidem priori Laudum Dominicalium schemate); reliqua, ut in Proprio vel Communi Sanctorum (Brev.) |
| <i>Ad Primam.....</i>       |                                                                                                                                                                 |
| <i>Ad Tertiam.....</i>      |                                                                                                                                                                 |
| <i>Ad Sextam.....</i>       |                                                                                                                                                                 |
| <i>Ad Nonam.....</i>        |                                                                                                                                                                 |
| <i>Ad secundas Vesperas</i> | { Omnia, ut in Proprio vel Communi Sanctorum. (Brev.)                                                                                                           |

*Ad Completorium...* Omnia, ut in Dominica (Nov. Psalt.)

### SCHEMA II

#### De Officiis sua e Feria partes accipientibus

n omnibus Festis et Officiis superius non exceptis, quae sub ritu duplici seu majori seu minori, aut semiduplici, aut simplici per Annum celebrantur, *Antiphonas ad Psalmos proprios nullimode habentibus* etsi Antiphonam ad Benedictus vel magnificat propriam habeant, et dummodo aliud non notetur:

|                           |   |                                                                                                                                                                                                                                       |
|---------------------------|---|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <i>Ad omnes Horas....</i> | } | Antiphonae cum Psalmis (et ad Matutinum Versus ante Lectiones, necnon et Lectiones I. N., nisi aliud notetur), de Feria occurrenti, ut in Psalterio noviter disposito; reliqua de Festo, ut in Proprio vel Communi Sanctorum. (Brev.) |
|---------------------------|---|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Extra Tempus Paschale Versus ante Lectiones Matutini dicuntur ut per Annum, Antiphonae et Psalmi in III Nocturno ad Matutinum Ferae IV, necnon Antiphonae et Psalmi cum Canticum ad Laudes cujuslibet Ferae sumuntur jugiter e primo loco atque Antiphonae ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam dicuntur semper ut per Annum, etiam in Festis, quae Tempore Adventus, Quadragesimae ac Passionis celebrantur.

### SCHEMA III.

In Festis in primo schemate non exceptis, quae sub ritu duplici seu majori seu minori, aut semiduplici aut simplici celebrantur, *Antiphonas ad Psalmos proprios quomodolibet habentibus*:

|                             |   |                                                                                                               |
|-----------------------------|---|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <i>1-Ad primas Vesperas</i> | } | Antiphonae ac reliqua de Festo, cum Psalmis, ut in Proprio vel Communi Sanctorum.                             |
| <i>Ad Completorium...</i>   | } | Antiphona et Psalmi, de Feria currenti,                                                                       |
| <i>2.—Ad Matutinum.</i>     | } | Antiphonae ac Versus ante Lectiones etc. dicuntur de Festo, cum Psalmis, ut in Proprio vel communi Sanctorum. |
| <i>3.—Ad Laudes.....</i>    | } | Psalmi de Dominica, ut in Psalterio; Antiphonae ac reliqua, de Festo.                                         |

4—*Ad Horas minores*

Antiphonae et Psalmi semper de Feria currenti, etiam in Festis Antiphonas Laudum proprias habentibus, et ut per Annum, quamvis Tempore Adventus Quadragesimae et Passionis celebrentur.

5.—*Ad secundas Vesperas* Omnia, ut in Festo.  
*Ad Completorium* . . . . De Feria currenti.

#### SCHEMA IV.

Ad Matutinum, in Feriis et Festis simplicibus.

In I et II omittuntur Versus et reliqua quae solent post Versus in Officio novem Lectionum recitari, et continuantur Psalmi, cum suis omnibus Antiphonis extra Tempus Paschale assignatis, usque ad Versum III Nocturni.

Versus autem, in officiis trium Lectionum assignatus, dicitur tam in Feriis quam in Festis simplicibus eo Tempore occurrentibus.

\*  
\* \*

N. B.—Completorium sequitur semper ritum Vesperarum a capitulo. Sic, ex. g., quando Vp. dicantur de Dup. 2. cl., Antiphona et Psalmi Completorii erunt de Dominica. Si autem, Vp. pertineant ad Sanctum dup., Antiphona et Psalmi Completorii sumuntur de Feria currenti.

---

### MOVIMIENTO DEL PERSONAL

---

**Necrología.**—El día 29 de noviembre de 1911 falleció D. Angel Angulo, Párroco de Aldealpozo.

El 14 de enero del corriente año, D. Cayo González Palomino, Párroco de Casanova.

El 14 del actual, D. Regino Ortega y Ortega, Beneficiado de la Santa Iglesia Catedral.

Los tres Señores pertenecían a la Hermandad Diocesana de Sufragios del Clero.

El Ilmo. y Rvdmo. Prelado concede 50 días de indulgencia por cada obra de piedad o misericordia en sufragio de los finados.